

erationis, vel transitus ab extremo in extreum sine medio. Cum ergo necesarium fuerit aliquod miraculum, credendum est Deum illud elegisse, quod & dignitati mysterii accommodarius esset, & facilius, ut omnia possint optime expediri. Nam (ut docebat dicit Cajetanus) haec secreta miracula, quae aliena sunt ab omni suspicione maxime decuerunt Christum, etiam in tempore infantesiae proper matris obsequium, & ut suavis omnia disponerentur, & citius expidirentur. Addit præterea, & recte, haec omnia conduxisse ad confirmationem, & augmentum fidei Joseph, qui cum matre adorabat natum mundi Domini minum.

Ad XV. Allatis verbis, quæ in revelationibus S. Brigida continentur, potius Conclusiones nostræ firmantur, quam impungentur. Quum enim in prima dicatur: *Cum nasceretur ex me indicibili exultatione, festinanta, clauso virginali utero meo prodibat;* En prima conclusio, & secundæ Conclusionis prima pars comprobata. Et

quando dicitur in secunda: *Peperi, sicut nunc vidibi flexis genibus, orando sola in stabulo;* habetur, quod nulla intervenerit obstetrix. Quando dicitur vero: *Peperi enim eum cum tanta exultatione, & latitudo anima,* quod non sensi aliquod gravamen, quando ipse exhibat de corpore meo, nec dolorem aliquem: En partus Virginis sine dolore, sed potius cum latitudo, & exultatione: & quando dicitur: *Statim involvi cum panniculis mundis,* quos diu ante preparaveram: En immunitas a secundinis, & a facibus puerperii; aliter enim non dixisset: *Statim involvi;* sed prius abluerre debebat corpusculum natum, & deinde pannis involvere. Quod vero nulla in verbis illis mentio habeatur immunitatis a secundinis, & sordibus, non per hoc sit, quod ista fuerint in partu illo; tum quia neque affirmantur, neque negantur; tum etiam, quia ex his, quae dicuntur, clare inferuntur, eas omnino absuisse a partu illo, qui esse nullo modo debebat, nec matris integratatem laedens, nec filii sanctitatem deturpans.

## DISSERTATIO CCXVI.

*De Nativitate Christi. In quo loco Christus natus fuerit? Quo tempore? Et de Pastoribus, qui ipsum natum adoraverunt.*

**N**OMINE loci, in quo Christus est natus; primo venit Civitas, quæ Christofuit natale, solum; secundo venit domus, ubi Christum Virgo parturit; tertio venit præsepium, in quo puerulus natus reclinatus est. His adduntur & jumenta, quæ dicuntur in stabulo fuisse, & Pastores, qui ad eum adorandum in stabulum convenerunt.

Dicimus I. Civitatem fuisse Bethleem; dominum fuisse speluncam, quæ erat in Bethleemi suburbio, aut in agro coniuncto; præsepium vero fuisse simul lateritium, & ligneum.

I. Conclusionis pars probatur ex Scripturis. Matthæi 2. *Cum natus esset Jesus in Bethleem Iuda.* Lucæ 2. *Ascendit Joseph a Galilea de Civitate Nazareth in Civitatem David, quæ vocatur Bethleem.* . . . Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies Mariæ, ut pareret. Insuper hoc fuit vaticinium Micheæ cap. 5. *Ei tu Bethleem*

*Ephrata parvulus es in millibus Iuda; ex te mibi egredietur qui sit dominator in Israel.* Quod vaticinium Matthæus afferit, ut illud adimpletum esse ostendat.

II. Conclusionis pars explicatur, atque probatur; nimis quod natus sit Jesus in agro suburbano Bethleemi, non quidem sub dio, sed in spelunca, quæ erat diversorio conjuncta, & terra, seu falso excavata, quæ ad bruta animantia recipienda fuerat destinata. Hoc ipsum afferunt Justinus in Dialogo cum Tryphonie Judæo, Origenes lib. 1. contra Celsum, Hieronymus epist. 18., Personatus Athanasius orat. de nativit. , Damascenus lib. 4. de fide cap. 15. Sane Eusebius lib. 7. de institut. Evangel. cap. 2. afferit; Agricola iuxta Bethleemum demonstrari, ubi Virgo in ipso infantem deposita. Justinus loc. cit. speluncam scribit iuxta Bethleemum possem. Burchardus in Descript. Terræ sanctæ par. 1. eam dicit, fuisse iuxta muros Civitatis. Hoc ipsum probatur ratione.